

CL. PTOLOMAEI

PHELVDIENSIS ALEXANDRI-


NI PHILOSOPHI ET MATHEMATICI

excellentissimi Phænomena, stellarum MXXII. fixarum
ad hanc ætatem reducta, atque seorsum in studioso-
rum gratiam.

Nunc primum edita, Interprete
Georgio Trapezuntio.

¶ Adiecta est isagoge IOANNIS Nouiomagi ad stellarum
inerrantium longitudes ac latitudes, cui etiam accessere
Imagines sphaeræ barbaricæ duodequinginta.

ALBERTI DVRETI.



¶ Excusum Coloniae Agrippinae, Anno M. D. XXXVII.
octauo Calendas Septembres.

ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ

ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ

ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ

ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ


ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ

ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ

ΠΤΟΛΕΜΙΟΣ.

Ὅϊδ' ὅτι θνητὸς ἔφη καὶ ἑφάμεθ', ἀλλ' ὅτ' ἀνάσσω
ἰκεύω καὶ νοῦν ἀμφιζοῦμαι ἑλίκαε
οὐκ ἔστιν ἐπιφανὴ γαίης ποσίη, ἀλλὰ παρ' αὐτῶ
ζῆνι διοτροφέεσσι πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Me scio mortalem, mediam nec vita per horam
Certa fatis, sed mox vertice tango polos.
Cum iam sydereos contemplor mente rotatus,
Et felix diuum perfruo ambrosia.



XVI 7. 14124

ILLVSTRI AC PRAE-

CLARO VIRO D. REINARDO

ē comitibus de Leiningen, ac domino in Vuesterburch, ecclesie metropolitanae
Colonienfis Decano Maiori, atq; inibi apud D. Seuerinum Praeposito, Mo-
gontinenfi atq; Treuerenfi Canonico capitulari, domino atq; Me-
cenati suo integerrimo, Iohannes Nouiomagus S. D. P.



Multae egregiae atq; admirandae obseruationes excellentissime Co-
mes, de natura rerum altiorisq; disciplinae partibus à veteribus scripto-
ribus inuentae sint, atq; literis mandatae, veluti Anaximandri, Pythago-
rae, Archite Tarētini, Eratostenis Cyreni, Archimedis Syracusani, qui
musis admonentibus (veluti ipse Pythagoras testatus est eis sacrificio fa-
cto qd se ab illis in inuentionibus adiutum credebat) ex Mathematicis & naturae pro-
prietatibus multa vtilia & iucunda inuenta hominibus tradiderunt; nullius scripto-
ris solertiam inquirendi, & inueniendi diuinitatem, at tradendi fidem tantum admi-
ror, quam vnicum Claudij Ptolomaei Alexandrini philosophi & mathematici emi-
nentissimi, in opere quod de situ orbis conscripsit, & in eo quod *περι μεγάλου περιμετρίως*
inscribitur, (quanq̄ sint qui dubitent num vnus sit Ptolomaei vtrunq; opus). In alijs
enim disciplinae partibus singulis plures sunt scriptores, vt in physica Empedocles
Agrigentinus, Democritus Abderita, Aristoteles Peripateticus, Lucretius Roma-
nus, In Rhetorica Cicero, M. Varro, Quintilianus & alij, vt non dubium sit, in his
artium praecipis, alios aliorum inuentionibus fuisse adiutos, neq; quisquam veteri
esse videtur qui artem aliquam ita absoluerit, vt in eadem & aliorum scriptis non sit
opus: quam laudem ingenij solus Ptolomeus mihi astulisse videtur, cuius in scriben-
do dū pspicio obseruationes, singulariter in eo Homeri sententiā verā esse mihi per-
suadeo, huiusmodi videlicet cogitationes à DEO hominibus immitti. Sed cum duo
eius sint diuina plane opera, de situ orbis vnum, alterum quod Barbari Almagestū
vocant, posterius vt ingeniosissimum est & plurimae solertiae, ita quoq; rarissimum
esse video, atque multis non amplius quam de nomine cognitum: propterea quod
aetatis aliquam partem & melioris quidem, requirat eius operis absoluta intelligen-
tia: tum etiam aliarum disciplinarum magnam praeformationē. Ex hoc ingenti ope-
re seorsum dedi Typographis excudendos libros septimum & octauum, quibus
ipse phaenomena, id est, caelestium signorum situs, magnitudines, ordinem & fi-
guras ad stellas vsq; MXXII, explicuit: nō quidem propterea quod non & alios li-
bros eruditione ac ingenio pares existimē, sed qd sic vtilius me facturū studiosis &
gratius putauī, si eius tm̄ legēdi facerē copiam, quae sunt huius disciplinae cōsensu oīm
astronomorū primordia, quaeq; mētes nostras in superiorū rerū cōemplationes rapiē-
tes, inexplebili voluptate afficiāt. Videbā etiā hoc fore ex maiore profectu studio-
si tm̄ traderet ex ea p̄fessione quantū solū necessariū est ad intelligēdos poetas de
syderū exortu & occasu, tum ad tēporū rōnes, & ad alia quaedā. Vt em̄ studiosus bo-
nae artiū nō debet esse *δυσπεύλογος*, ita vicissim nō necesse est eū subtilissima quaeq; ei-
scientiae riuasse: cū ad rectā eruditionē sufficiat earū artiū (in quibus putat̄ melioris iu-
diciū hoīes nō esse etate transigendā) mediocris cognitio, sed quantū ad illam mutu-
am inter se artiū coniūctionē est necessariū. Hae cigit, quia nemini ante nos fortas-
sis in mentē venit, situs stellarū fixarū quib̄q; in celo sunt, quae sub hoīm cōspectu ve-
nere: nō vt sunt à Ptolomaeo obseruatae, sed mutatis locis, quēadmodū nostra aetate
ante & retro non intra centū annos in celo hærēt, in lucē dedimus: Adieci etiam
signorū imagines, quas Albertus Durerus nobilissimus huius aetatis pictor expres-
sit, redactas in duo hemisphaeria: quorū inspectione valde iuuabūt studiosi, qui phe-
nomēna in celo cognoscere laborabūt: in quo studio si fuerint aliquid nostro labo-
re adiuti, eum tibi ornatisime vir fructum acceptum referre debebunt, in cuius gra-
tiam hanc opellam sumpsī, tuorūq; nomini inscripsi, qd te haec studia singulariter ama-
re & intelligere sciam: neq; dubito, quin haec eodem animo eademq; beneuolētia ac-
cepturus sis atq; tuam gratiam in eodem officij genere alijs experti sumus. Vale.


ISAGOGE IN PTOLOMAEI

VT igitur Phænomena quæ Astrologiæ primordia sunt rectius intelligantur à studiosis, satis erit nobis priusq; conformationes stellarum ac signa cæli, iuxta Hipparchi & Ptolomæi obseruationem tradita, & à nobis ad nostra tempora vsq; traducta, cursim quædam attingere ex Theorematis astrologicis, atq; circumcolorum qui per cælum ducuntur diuisionibus: & primo ab ipso mundo ordiar. **Mundus est omnium naturæ rerum summa conceptio, cælumq; syderibus conformatum, atq; in speciem absoluti orbis globatum, id ita voluitur circum axis extremos cardines super terras ac maria vt ipsum vniuersum, vno quidem in loco semper manens, sed partibus continenter translatis semper alijs orientibus, alijs occidat. Diuiditur autem in elementa sua, quæ sunt terra, aqua, aer, & ignis, quæ natura sunt mutabili atque corruptibili, & quintum quod cælum præcipue dicitur, à syderibus quæ in eo ad mundi & gubernationem & ornatum cælata sunt, descripto signorum ordine, quæ etymologia, vt huic loco conueniëntior est, ita & magis placet: hoc natura architectata è immutabile diuinum ac sempiternum, discernitq; in decem orbis, quorū inferiores in superioribus cauis partibus continentur, ita tamen vt per se libere citra superioris ac inferioris impeditiōem circa inferiorem mundum vagentur. Primum horum & terræ proximam lunam continet, sequens Mercurij stellam habet, sequens deinde Veneris, quartum solem ipsum, huic proximum Martis sydus, sextum deinde Iouis stellam, septimum vero Saturnum. Hi septem planetæ dicuntur, quia liberas habent euagationes, vt inter se & ab alijs stellis nunq̄ seruent eadem partium interualla, quin distant alias tota dimetiente mundi. i. maxime, alias in eisdem partibus visitationem habeant, aliâ medijs locis effulgeant. Super hæc octauo scilicet loco cælum est quod aplanis dicitur, id est inerrans, quod astra in eo collocata, perpetuis mundi conuersionibus seruent idem inter se interuallum.**

Sunt in hoc vno phænomena, hoc est sydera ac stellæ inerrantes in mundo efficiētia manifestas visitationes conuersionesq; præter hæc sunt alij duo superiores orbis, non amplius iam oculis conspicui. Hi decem simul ab ortu versus occasum perpetuo currentia, ambitum absoluunt non amplius viginti quatuor horis circa axem & polos mundi, contrario vero cursu, Luna, stella Mercurij, Veneris, Sol ipse, iteq; Martis, Iouis & Saturni ab occidente sub duodecim signiferi signis vagantes, alia tardius alia celerius in exortiuas cæli partes reuertuntur, & luna quidem die septimo ac vigesimo, & amplius circiter parte tertia, cæli circuitione p̄currēs, ex quo signo ceperit ire, ad idem reuertitur, Sol vero Mercurius & Venus singulis mensibus signum propemodum, id est duodecimam circuitus partem, totum vero mundi ambitum diebus CLXV & sex circiter horis. Idem spatium Mars duobus, Iupiter duodecim,

Saturnus 30. annis cōficit. Est hic motus sub eo circulo, q̄ obliquus p̄ cælū ducit, cuius obliquitate primū inuenisse, hoc est fores huius disciplinæ, vt Plinius ait apuisse, Anaximander credit. Constatq; hoc etiā oculorum argumento, solem enim æstiuum in eminentiore parte cæli locatum videmus, hyberitum autem humiliore: similiter & alios planetas: ex quo fit, vt necesse sit viam eā esse obliquā p̄ quā vadunt ad exortus, & fieri super alios cardine seu alios polos, atq; mundus ipse ab exortu ad occasum rapitur. Quæ omnia vt oculis etiam deprehendantur. Sit in mun

*Definitio Mundi
& Diuisio*




PH A E N O M E N A.

mūdo obliquus circulus cui adscriptæ sunt literæ a b c &c. p duodenas sectiones, & sub eo alij orbes per quos eadem diuisiones linearum dicuntur. Quomodo autē sub signis planetæ progrediantur quæque iam alia diximus fieri in mundo ex hoc schemate non est difficile discere.

¶ De spheræ conuersione & axe & polis & circulis præcipuis in mundo.

Superius quàm potuimus breuissime, mundū per præcipuas partes aperuimus, hinc iam deinceps axes, polos, & circulos describemus quas necesse est in spherâ barbarica propter stellarum loca disponenda describere. Est autem iam in confesso mundum ipsum vniuersum præcipuasq; eius partes esse spheras: atq; globi duplicem esse ratione rotunditatis motum, alium quo per planiciem voluitur, conficiens directum spatium locum è loco mutans, quo quidem neq; mundus, neque vlla pars eius mouetur; alius est quo in eodem quidem loco manens, virtitur circa axem per eum traiectum, cuius extremitates dicuntur poli. Hoc modo versa spherâ, partes quæ sunt vicinæ polis, & tardius feruntur & breuiore ambitu: ipsi autem poli (qui Latine à Cicerone vertices dicunt) omnino non mouentur, sic in cæli regione septentrionali vbi plaustrum est & Cinofura, sydera tarde circumferuntur sine occasu aliquo, & quedam stellæ ne locum quidem mutare videntur, propterea quod ibi polus est. Pari modo contra hunc per directam lineam in subterraneo cæli loco, alter polarū est nunq̄ nobis conspicuus. Ea autem linea per mundum ducta duobus in locis determinatione sua polos ostendens, superiorem qui ab vr̄sa arcticos dicitur, alterum sub terra à contrario situ antarcticum, axis mundi vocatur, qui definitur mūdi dime-tiens circa quam voluitur. Huius extrema poli dicuntur, & Latine vertices veluti in eo schemate quod sequitur, linea a b, axis est, a vero poloꝝ vnus, b autē alter. Circulorum vero qui in cælo sunt, ad ostendenda phænomena, quidam describunt cō- uersione mūdi super suo axe: omnis enim nota & quæ naturaliter est in cælo, & quæ sola cogitatione concipitur ex cursus sui quasi vestigio, circulum describere intelli- gitur, dicunturq; hi græce περιέδμητοι, latine æquidistantes, propterea quod vnaquælibet eorum pars & à polis & ab æquidistātib; eodem interuallo abint. Horum pri- mus (vt à septētrione exordiū sumamus) arcticus est circa polum mundi septentrio- nalem ductus, interuallo 24. propemodum partium semper super terram manēs,



intra cuiꝝ ambitum a-
stra comprehensa nūq̄
occidunt. Secundus est
circulus maiore inter-
uallo circa polum, di-
ctus æstiuus seu tropi-
cus canceri, vel circulus
solstitialis. Cum enim
sol quàm plurimum ac-
cessit ad septentriones,
hunc describit die vi-
delicet solstitiali. Terti-
us est æquinoctialis in
ter duos polos per me-
dium cælū descriptus,
sub quo sol currit, dum
noctes diebus facit pa-
res. Quartus est q̄ ostē-
dit solis maximā egre-
sionem ad austrum, hūc
describit sol die bruma-
li, tm̄ distans ab æqua-
A in tore ver

ISAGOGĒ IN PTOLOMAEI

rore versus austrum, quantum circulus æstiuus ab eodem versus septentrionem. Di-
 citur autē hic hybernus siue brumalis circulus vel tropicus capricorni, quia eius sy-
 deris principium propter signiferi flexum maxime versus austrinā plagam remo-
 tum est. Quintus eodem interuallo ductus circa polum antarcticum sub terra, quo
 arcticus circa polum semper apparentem. Hi sunt qui scribuntur conuerso mundo
 ab oriente versus occidentem, super axem superius expositum: alij sunt qui non cir-
 cum polos, sed per eos aut oblique circa eos ducuntur, de quibus paulo inferius dice-
 mus, quemadmodum etiam ex schemate facile est deprehendere quod hic apposui-
 mus. Verum ea quæ nunc breuiter sunt exposita, magis pertinent ad temporū mu-
 tationem dierumq; ac noctium varietatem, magisq; ad solem quàm inerrantia sy-
 dera. Paucis igitur hic duximus attingenda quæ ad stellarum fixarum situs faciunt,
 videlicet de flexu & obliquitate signiferi orbis, sub quo planetæ ad exortum contra
 mundi motum nituntur, super alio axe & polis: Nam si eadem via redirent vagan-
 tia sydera ad exortum, non eueniret vt eadem essent aliàs altiora & veluti supra ca-
 pita hominum pendentia aliàs humiliora & proxima terris, quod semper intelligo
 in medijs locis celi: Nam circa exortus & occasus nihil mirum est si sint terris vicina.
 Porro signifer zona magis est, & veluti fascia quàm circulus, latitudinē habens duo
 decim partium, quales sunt in toto circulo 360 quam latitudinē determinant tres
 circuli æquidistantes, quorum medius linea eclyptica dicitur, à qua sol nunquam dis-
 cedit, reliqui planetæ per totam latitudinem eius euagantur supra, ac infra medium
 circulum. Hic cum habet in mundo situm, vt eius vna pars versus septentrionem, a-
 lia versus austrum paulo minus quàm vigintitribus remota est: itaq; polos axis sui
 totidē partibus ab mundi polis separatos habet, veluti euidens est in assumpto sche-
 mate, in quo manifestum est, axem G H zodiacum respicere. Eum circulum per du-
 odena spatia æqualia diuiserunt, quæ græce *ὀκτώμοια* dicuntur, nostri nomen indi-
 derunt ab effigie eius animalis, quam stellæ vicinæ eis locis expresserunt: vt primū
 sit Arietis & ita deinceps seruato signorum ordine. Sed hæc diuisio signorum tamet
 si in cælo stellato, hoc est octauo magis insignis sit, ratione tamen concipiendus est
 ipse signifer obliquus & eius sectiones in primo mobili seu decimo cælo. In quo Ari-
 etis prima pars in eo loco est, sub quo sol currit die æquinoctiali, Cancer in supre-
 mo quem attingit sol, dum diem producit longissime: Capricornus reductus ad
 austri infima. Sed vt hæc loca serenis noctibus in cælo ex certis notis nosci possent,
 primum verbi gratia dodecamorion ostenderunt vicinis eo loco stellis, quare dum
 stella aliqua seu sol ipse in Ariete dicitur esse, intelligēda est ea portio signiferi in pri-
 mo mobili, quæ paulatim ab æquatore scandit versus septentrionem: veteres tamē
 indicantes locum aliquem in cælo, vtuntur indicio signorum quæ stellis constant, nō
 autem dodecamorionis primi mobilis, quemadmodum Plinius ait, solem æquinoctiū
 facere in octauis partibus Arietis & Libræ. Est igitur zodiacus, vt hunc locum bre-
 uiter concludam, circulus obliquus, æquatorem secans & ab ea sensim scandens sur-
 sum ac deorsum ad partes fere 24. quales sunt in toto 360. sub quo & planetæ &
 cælum stellatum quoque, quanquam rarissime contra exortum mouentur, quod q̄
 pacto fiat, breui exemplo aperiam, idq; stella Saturni, cuius in transita versus exor-
 tum, diligentiorē obseruationem requirit. Erat huius stella, dum hæc forte scribe-
 rem, in vndecima parte Virginis, hoc est in loco, in quo sol est circa Idus Augusti:
 quod si eandem stellam obserues annis duobus & semis abhinc, transgressa videbi-
 tur ad Libræ vndecimam, hoc est per signi spatium ad exortum quantum percur-
 rit sol xxx. diebus, ad eundem modum stellæ ipsæ inerrantes sub eodem aliquo cir-
 culo tardissime mouentur versus exortus: cæterum difficilior hoc animaduertitur,
 tum propter motus tarditatem, deinde quia nulla nota sensibili cerni id potest in cæ-
 lo, quemadmodum in planetis fit, quorum transmutatio deprehenditur ad vicina sy-
 dera quibus propiora vel remotiora fiunt. Porro hæc si ad superius schema adhibe-
 antur, non obscure poterunt intelligi. Ex ijs hoc colligitur, neque stellas fixas tem-
 porum æternitæ, manere eisdem in locis cælestibus, quemadmodum sol & luna: ni-
 nisi quod

PHÆNOMENA.

si quod hic motus tardissime omnium cōficiatur, vnde nisi post longam hominum memoriam cum collatione priorum ac veterum obseruationū. Ptolomæus putat fieri centenis annis vno gradu, quod si ita est, absoluetur integer circuitus triginta sex milibus annorū: at recentior obseruatio tradit id fieri quadraginta nouem milibus. Verum hæc facile erit animo complecti, si cogitationem de ea re habeatur, adhibito digrammate superius posito.

¶ Explicatio eorum quæ continentur Ptolomæi Phænomenis, tum signum quid sit, & de stellarum longitudine ac latitudine.

PTolomæi index stellarum fixarum primo loco ordinem earum cōtinet, quo in conformatione animalium sunt collocatæ, deinde quas corporum partes occupant, vt alia in fronte alia in oculis est: deinde situm relatum ad polum signiferi & ad lineam eclippticam, quem determinat partibus signorum secundum longitudinem, & secundum latitudinē regione austrina vel septentrionali. Hoc vt clarius intelligatur, dicendum est de alia acceptione signi, tum quid in cælo longum & latum. Signum igitur non solum circuli duodecimam partem quæ in longum 30. partes patet, sed totius superficiēi sphericæ duodecimam partem quam dēterminant circulorum portiones binæ per principium & finem cuiusq; dodecamorij ductæ, atq; in vtroq; polo signiferi coeuntes acutis contractibus veluti in assumpta figura spacium G, H. V, duodecima pars est totius globi & signum quidem Arietis: in hoc spacio vtrolibet pyramidatim scandēte quocunq; loco stella posita sit, esse in Ariete dicitur: quod si in ipso acumine forte constiterit, id est polo cum omnia signa in tali situ æque respiceret in nullo signo diceret esse. Hæc duodecim signa vniuersum orbem longe lateq; absolute conuestiunt, adeo vt nihil in cælo aut à terra etiam sit, qm̄ sit in seu sub aliq; signo, eam eñ vim habet præpositio si dicat Luna aut Venus esse in signo Arietis aut Tauri. Huius spatij aliud longitudo ducitur aliud latitudo: & latitudinis quidem partes sumunt à media linea signiferi versus polum septentrionalem & austrinum, quorum vtrumlibet spacium complectitur partes 90. quales sunt in toto circulo 360: vt si fuerit verbi gratia stella quæpiam in inconcursu linearum qui est in polo signiferi, hæc dicitur distare 90 partibus latitudinis ab eclippticâ, si vero fuerit stella in contactu eclippticæ, nullam ea habere dicitur latitudinem. Longitudo vero est distantia eius à principio signi in quo est, quæ nō potest esse maior 30 partibus, nisi (quod multi faciunt) omnis stellæ longitudo sumatur à principio Arietis, eam sic inuestiga, duc lineam e polo signiferi per stellam cuius longitudinē requiris & p̄ lineam eclippticam, & animaduerte quot partibus cōtactus earum linearum sit à principio signi, quibus inuētis, manifestum est interuallum longitudinis. Quid signum sit, quid item stellarum longitudo ac latitudo, & quo pacto vnaqueq; est in aliq; parte signi zodiaci, qd̄ ad hæc intelligēda attinet, puto satis me exposuisse.

¶ Quomodo nec longitudo stellarum nec latitudo semper eadem permaneat, deq; illarum transitu Ptolomæi ætate non cognito.

INter decem orbis quos recentior Astrologia inuenit quisq; suum habet atq; peculiarem in mundo meatum, supremum cælorum quod primum mobile vocant spatio vigintiquatuor horarum totum neq; tamē amplius circum voluitur, quo motu omnes inferiores cælos secum trahit, quocunq; enim genere ambitus mouetur superior, eodem mouetur & inferior, non autē contra: inferior deinde à superiore mouetur circa mundum eodem tempore quo expositum est, præterea suo quo contra exortum (vt deprehensum est maxima solertia obseruantium) centesimo tricesimo sexto anno & dodrâte partem vnā absoluit, tricenas vero partes, id est totum circulum annorum XLIX M. qui propter tarditatem à verustioribus nō est animaduersum, sitq; hic motus sub obliquo circulo quemadmodum Solis, Lunæ & aliorū: Hinc semp̄ fit vt stellæ nō sint in eisdem partibus signorum, semper intellige dodecamoria primi mobilis veluti ætate Ciceronis & Plinij Arietis signū erat in primo dodecamorio, quod etiam Aries dictū est, quia erāt sub eo loco Arietis stellæ, nunc autem

ISAGOGE IN PTOLOMAEI

autem transiit ad secundum dodecamorion, unde etiam ea quae à veteribus de stellarum occultatione & emerfu (quod astrologi vocant modo apparentes modo heliacos exortus & occasus) non sunt nostra aetate perinde vera, quod ob id admonendum putauimus, ut Virgilius in Georgicis, Plinius libro 19 & Columella & Ptolomaei libellus de significatione stellarum fixarum cum huius cognitionis accommodatione legantur. Praeterea ut intelligatur quali computatione nos vsi sumus in stellarum situ variando, dum nostra quam apud Ptolomaeum & Georgium Vallam li. 17. expetendorum & fugiendorum, in alijs signis & signorum partibus posita sunt: sed ut haec etiam oculis deprehendantur, respice hemisphaerium imaginum septentrionalium, quod per dimetientis in duodenas partes est diuisum, has partes fac quiescere, & imagines veluti sub craticula progredi ad partes exortiuas. Est praeterea animaduertendum octauum caelum quod latine firmamentum dicitur, graece ἀσπερίης praeter duos motus quorum vnum habet à supremo caelo, alterum ab eodem de quo statim diximus, tertium ex sese habet, quandoquidem omne corpus naturaliter habet motum: hoc vero tertio motu quo deinceps omnes aliae inferiores quoque mouentur, caelum stellatum paululum, ut deprehensum est, mouetur versus septentrionem, & rursus hinc iterum in austrum mutatur paruo ambitu, super epicyclia quae sunt in primis partibus Arietis & Librae, quem vocant motum trepidationis recentiores: ab his enim hoc est obseruatum, veteribus & Ptolomaeo plane incognitum, quo fit ut Solis versus septentrionem & austrum inclinatio non semper sit eadem, & stellae quae nostra aetate in vertice ponunt multis annis abhinc citra aut ultra fuerunt, sunt, eruntque: hic motus exigit, ut exactis duobus annorum milibus, stellae fixae parte vna & alioque minutis primis septentrioni modo viciniores modo longiores abint, Cuius motionis seu ut vocant trepidationis, Ptolomaeus omnino non meminit nec ullus veterum obseruauit, fit etenim breuissimo interuallo tardissimo ambitu. Haec ad intelligenda phaenomena Ptolomaei, quae quam potui breuissime exposui, sufficere arbitror. Reliqui circuli qui quidem ambitu mundi non describuntur, neque sunt cum aequatore paralleli, sunt duo coluri & meridianus. Et coluri quidem sunt, qui sese contra ad angulos sphaericos in polis ambobus aequatoris secant, quorum vnus est ille scilicet, qui per polos mundi & per polos signiferi ductus, idem fit cum illis qui zodiaci signa circa polos signiferi cogunt in arcum, ut in assumpto schemate circulus a b c d: alter colurus est qui per polos mundi ductus primas Arietis & Librae partes aperit, veluti in eadem figura a b linea. Horizontem, quem Cicero finitorem vertit: est is circulus quo mundi pars conspecta ab inconspicua diuiditur. Meridianus is est qui per punctum in caelo (quod peregrina voce zenith vocant, id est per partem maxime sublimem qui imminet capitibus hominum) ductus, atque polos mundi, medium caeli inter exortum & occasum super terram mediamque noctem infra ostendit, qui cum horizonte in qua libet regione immobilis habetur, reliqui omnes cum mundo circumagunt. Numerus postremo loco positus in Phaenomenon indice magnitudines ostendit: facit enim ex magnitudine Ptolomaeus sex stellarum discrimina, quaedam enim maximae sunt, veluti stella inter pedes arcturi collocata, ceu canicula quae magnitudine statim sequitur errantes stellas, sed ab illis omnes fixae distinguuntur, quod planetarum ignes non micant, sed sine motione visum admittunt veluti Luna. Omnes vero stellae fixae quae sunt in firmamento veluti scintillae tremulae lucem ex caelo aperiunt, veluti sol.

Secundae magnitudinis sunt paulo minores, clarae tamen quales, omnes sunt in plauastro excepta vna. Tertiae sunt mediocres, qualis vna in plauastro reliquis minor. Quarta obscuriores sunt oculosque intendunt, qualis est maxima stellarum totius caeli pars. Quinta sunt obscuriores adhuc, quales sunt peliades, quod vulgus germanice à numero vocat. Sextae minima sunt visum propemodum effugientes, quas Aristotelis ἀσπερίης vocat in Meteoris.

FINIS.

CLAVDII PTO

LOMAEI PHELVDIENSIS ALEX

ANDRINI ALMAGESTI SEV ΜΕΓΑΛΗΣ ΠΡΑ-

ΓΜΑΤΕΙΑΣ id est Magnę constructionis, Liber Sep-

timus, qui vniuersa phænomena complectitur.

Interprete Georgio Trapezontio.

Quod stellæ non erraticæ semp eūdē inter se sitū seruēt. Cap. I.



Voniā in superioribus tam rectę q̄ decliuis spheræ accidētibus, & ad hæc de rationibus motuum solis ac lunæ aspectibusq; ipsorumq; qui ex motibus perspiciunt tractatum est. Incipiamus nūc de stellis consequenter disserere: & primū de ijs quæ erraticæ vocantur. Ante omnia igitur illud dicendum quod nomen hoc recte sibi cōuenit. Vt non erraticæ appellentur: propterea quod ipsæ stellæ tum lineationes figuræq; similes tum æquales inter se distantias conseruare semper cernuntur. Quod vero spheræ ipsarū tota, vbi quasi

fixæ circumferuntur ad successionem signorum, atq; ad primi mobilis ortū propriū quēdam ordinatumq; progressum facere videtur: non est inconueniens hanc q̄que spheram non erraticam vocari. Inuenimus enim ita se vtrumq; istarum habere ex apparentibus, quæ tanto tempore cernuntur. Hipparchus etiam ab his quæ tunc habebat suspicionem vtriusq; ipsorum habuit: vt de maiori tempore coniecerit, magis quam affirmauerit: paucas enim admodum ante ipsum habitas fixarum obseruationes inuenit solasq; ferme quas Aristyllus & Thimocharis conscripserūt: quæ parum explanatæ nec non ambiguae sunt. Nos autem apparentia nunc ad illa conferēs res idem penitus inuenimus. Affirmareq; hoc ideo audemus quod longioris temporis consideratio nostra est. Et Hipparchi de nō erraticis scriptæ obseruationes ad quas maxime nostras contulimus, explanatissime conscriptæ sunt, quot igit̄ nulla mutatio vsq; ad præsens situs ipsarum inter se ipsas facta est. Sed eūdē penitus etiam nunc figuræ ac lineæ ipsarum cernuntur quæ tempore Hipparchi fuerāt obseruatæ, nec solum earum quæ in zodiaco sunt inter se ipsas aut earum quæ extra zodiacum ad similes stellas sunt: quod certe accideret si solæ secundum primam suppositionē Hipparchi quæ in ipso zodiaco sunt ad successionem signorum progredērētur. Sed omnium simpliciter esset quæ in zodiaco sunt, ad eas quæ longe ab ipso distant, facile vnusquisq; intelli get. Si multum & sepe varietatem inquireret, apparentia nunc priscis cōuenire videbit. Sed vt longe inquisitionis labor absit, paucas obseruationes ab illo conscriptas quas & intellectu faciles putamus: & totam ab eis comparationem arte oculos poni arbitramur breuiter exponemus: propterea quod eisdem aspectus & lineationes conseruari ab ijs quæ extra zodiacum sunt, tam inter se quàm ad eas quæ sunt in zodiaco aperte ostendit. Describit igitur de stellis quæ in cancro sunt, & quæ ipsam præcedit, & quæ caput hydri splendida præcedit. Et splendidam earum quæ in canicula sunt, omnes has per tractam proxime lineam esse sitas. Media enim ipsarum mutatur linea extrimitatum recta, & ad septentrionem & ad ortum per digitum vnum cum medio. Et interstitia inter ipsas æqualia esse. De stellis vero quatuor quæ in Leone sunt, duas ait quæ in capite ipsius. Et ad ortum sunt: & quæ est in ipsa colli(cum alio corpore)coniunctione, has tres per rectam lineam

B esse

ALMAGESTI

esse. & rursus quod linea quæ per leonis caudam & eam stellam quæ in extremitate vrsinæ caudæ ad occasum est. intercipit eam eam quæ splendida sub cauda vrsæ est per digitum vnum. Et similiter quod linea quæ per eam, quæ est sub cauda vrsinæ, & per caudam leonis transit, coniungit illos qui præcanis stellas præcedunt. De eis vero quæ in virgine sunt, ait quod inter borealem virginis pedem & pedem dextrum Bootæ, duæ sunt quarum australis & splendida, quæ pedi booti similis est à linea quæ per pedes est parum ad ortum mutatur. Borealis autem & semispendida in recta similiter cum pedibus est: & quod semispendida de duabus istis duæ splendida antecedunt. Triangulum duum æqualium laterum cum semispendida facientes, cuius trianguli vertex est in ipsa semispendida. Et has ait ad rectam lineam esse tum cum Arcturo tum cum Australi virginis pede. Et rursus inter spicam & secundam ait ab extremitate caudæ in hydro tres ad rectam lineam sitas esse, quarum mediam in recta ad spicam lineam esse & ad secundam ab extremitate caudæ hydri similiter. De illis vero quæ in Libra sunt: dicit eam quæ proxime in recta linea est ad splendas forticalium & ad septentrionem splendidam esse atque triplicem, nam in vtraque inquit eius parte parua vna collocata est. De his autem quæ in scorpione sunt, & per illam (quæ in dextro genu ophiuchi est) æqualiter diuidit spatium quod interiacet inter duas præcedentes quæ in dextro pede ophiuchi sunt: & quod quintus atque septimus splendidus, in recta linea sunt: ad splendidam illam quæ in thurribulo medio est. Et rursus quod borealior illis quæ sunt in basi thurribuli in recta proxime linea: tum ad quintum sphondilum: tum ad illam quæ in thurribili medio est inter ipsas interiacet: æqualiter fere distans ab vtraque. De his autem (quæ in sagittario sunt) scribit, quod in circulo sub sagittario ad ortum atque meridiem duæ sitæ sunt: per tres fere cubitos inter se ipsas distantes. Quarum Australis fulgentior etiam est, & quod quæ in pede sagittarij est, in recta proxime linea est ad mediam trium in circulo splendarum & ad ortum in eodem maxime positarum & ad vltimam illarum quæ sunt in quadrilatera figura ex oppositis angulis splendida, & quod duo inter ipsas spatia æqualia sunt. Et quod borealis ipsarum ab hac quidem linea ad ortum mutatur. Rectam vero facit ad fulgentes quæ sunt in quadrilatera figura in oppositis angulis. De his autem quæ sunt in aquario (ait) duas contiguas quæ, in equi capite sunt, ad sequentem Aquarij humerum in recta proxime linea esse: cui lineam illam æquidistare, quæ est à præcedente Aquarij humero ad stellam quæ in equi maxima collocata est. Et rursus præcedentem Aquarij humerum & splendidam de duabus quæ in collo equi sunt: & quæ in vmbilico ipsius est, in recta linea esse, & spatia inter eas æqualia, sit in super lineam, ait quæ per equi rictum, & per eam quæ ad ortum quatuor illarum est, quæ in situ illo sunt æqualiter, & ad rectos proxime angulos secari à linea, quæ est per duas contiguas quæ in equi capite collocantur. De his vero quæ sunt in piscibus narrat, quæ in rictu piscis australis, & in rictu equi, & splendidam in humeris eius, & splendida in pectore in recta linea esse. De his autem quæ in ariete sunt dicit quod stella quæ basim trianguli, præcedit vno digito ad ortum, mutatur à recta linea ducta per stellam quæ in rictu Arietis, & stella quæ est in sinistro Andromadæ pede: & rursus quod stellæ quæ sunt in capite arietis præcedens. Et medietas basis trianguli in recta linea sunt. De his autem quæ in Tauro sunt (ait) stellas succularum quæ ad ortum sunt, & stellam à pelliculæ quam in manu sinistra Orion habet quæ deforis est à meridie numerata in recta esse, & quod linea recta per antecedentem Tauri oculum & per septimam à meridie earum quæ in pellicula sunt splendidam succularum ad septentrionem per vnum diguum intercipit. De his postremo quæ in geminis sunt (ait) quod in recta ad capita geminorum linea. Stella quidem est distans à sequenti capite, triplum eius spatij quod inter capita est, eadem (inquit) in recta etiam est ad australiores quatuor quæ in nebula collocantur. Horum similiumque figurarum ac lineationum quæ per totam maxime spheram inter se conferunt, nullam ad huc vsque diu mutationem factam esse videmus, quod sensibiliter admodum cerneretur iam post ducentos & sexaginta fere annos. Si solæ quæ in zodiaco sitæ sunt, ad ortum progredierentur.

Verum

A L M A G E S T I

Verum vt etiam posteriores à pluribus similibusq; figuris ac lineatiõibus per ma-
iora quoq; tempora inuestigationem facere possint, addemus illarum aliquas quæ à
nobis obseruatæ adhuc vsq; conscriptæ non sunt: easq; maxime quæ facilius conspi-
ciuntur. Facimusq; initium ab arietæ. Stellarum igitur trium quæ in capite Ari-
etis sunt borealiores duæ, & splendida quæ in genu Persei est, & quæ Capra vocatur
in recta inter se linea sunt. Rursus linea quæ per capram & splēdidam succularum
transit paulum ad ortum eam intercipit, quæ in præcedenti pede aurigæ est. Capra
vero & communis inter sequentem aurigæ pedem & extremitatem borealis Tauri
cornu, & quæ in præcedente Oriõis humero est: in recta linea sunt. Rursus splē-
didæ quæ sunt in capitibus Geminorum. et splendida quæ in collo hydræ est: in re-
cta linea sunt. Similiter duæ quæ contiguæ in anteriore Vrsæ sunt pede, & quæ in
extremitate borealis forcicis Cancræ est, & borealior de Asinis in recta linea sunt. Ad
hæc Australis Asinus, & splendida quæ in canicula est, & quæ inter eas sita fulget, ca-
putq; hydræ antecedit in recta linea sunt. Rursus linea quæ recta à splēdidis quæ
sunt in medio collo Leonis ad illam ducitur quæ splendida in hydro est, paulum ad
ortus intercipit eam quæ in corde Leonis est, & Linea quæ ducit à splēdida quæ in
lumbis Leonis est ad splēdidam quæ in posteriore est Vrsæ crure, quæ est Aus-
tralis secundi lateris quadrilateræ figuræ paulum ad occasum, intercipit duas contigu-
as quæ sunt in extremitate sequentis pedis Vrsæ. Præterea linea quæ producitur
à stella quæ est in posteriore Virginis crure ad secundam ab extremitate caudæ hy-
dræ paulum ad occasus spicam intercipit, & quæ à spica protrahitur ad stellam quæ
in capite Bootæ paulum ad ortus arcturum intercipit. Spica rursus & quæ in alis
corui locatur in recta linea sunt. Spica insuper & quæ est in posteriore Virginis cru-
re & borealis ac splendida de tribus quæ sunt in antecedente tibia bootæ, in recta li-
nea sunt. Splēdidæ quoq; in forcipibus libræ sitæ, & quæ in extremitate caudæ
hydræ locatur in recta proxime sunt. Splēdida quoq; in Australi forcice sita & ar-
cturus, & media de tribus quæ sunt in cauda Vrsæ, maioris in recta linea sunt. Splē-
dida similiter in boreali forcice sita, & arcturus quæ in posteriore crure ursæ est, in
recta linea sunt. Insuper quæ in tibia Ophiuchi sequente & quæ in quinto Scorp-
ionis spondili est, & præcedens de duabus quæ locantur in spiculo ipsius, in recta
linea sunt. Præcedens vero de tribus quæ sunt in corpore Scorpj & duæ in geni-
bus Ophiuchi sitæ æqualium duū laterū triangulum faciunt. Cuius vertex est præ-
cedens in pectore situs. Præterea quæ in anteriore australiq; talo Sagittarij locatæ
secundæ magnitudinis & quæ sita est in spiculo, & quæ est in sequente genu Ophi-
uchi in recta linea sunt. Adhuc quæ in genu eiusdem pedis Sagittarij est, Coronæ p-
pinqua, & quæ in spiculo, & quæ in antecedente genu Ophiuchi est, in recta linea
sunt. Linea vero quæ à stella splendida in lyra collocata, ad illam ducitur quæ in cor-
nibus Capricorni est paululum ad ortus splēdidam stellam intercipit quæ in aqui-
la est. Lineaq; à stella fulgente in Aquila sita ad stellam primæ magnitudinis in o-
re Australis piscis locata producitur æqualiter, proxime diuidit spatium quod inter
duas splēdidas in cauda Capricorni sitū est. Linea insuper quæ protrahitur à stel-
la primæ magnitudinis, quæ est in ore Piscis ad stellā in rictu qui sita paulum ad or-
tus, splēdidam illam intercipit quæ in sequenti humero Aquarij collocatur. Ad
hæc omnia quæ sunt in buccis duorum australium piscium & præcedentes ex collo-
catis in quadrilatera equi figura in recta linea sunt. Has figurationes si quis cõstel-
ationi, solidæ Hipparchi spheræ illisq; lineationibus accommodet, eandem proxime
fuisse inueniet, quæ tunc obseruatæ sitæq; in spherâ, & modo conscriptæ sunt.

Quod nõ Erraticarum etiam spherâ, motu quodam ad succes-
sionem signorum progreditur. Ca. II.



Vod igitur vnus & idem respectus inter se motusq; omnium stellarum
simpliciter sit, quæ non erraticæ vocantur. Ab his & similibus perspicu-
um est. Quod autem spherâ etiam istarum proprium habeat motum ad
contraria primi motus, hoc est ad successionem circuli qui per vtrosq;

B ij polos

polos est, tum æquinoctialis, tum eius qui maximus per medium signorum descri-
 bitur. Inde maxime patet, quot ipsæ stellæ non eadem spatia olim & nostris tempo-
 ribus ad solstitialia & æquinoctialia puncta conseruant: sed semper in posteriori tẽ-
 pore maiore spacio ad successionem eorundem signorum distare inueniuntur. Nam
 & Hipparchus in tractatu de transgressiõne solstitialium æquinoctialiumq; puncto-
 rum: lunaribus propositis eclipsibus, partim in ætate sua obseruatis partim multo
 prius à Thimocharide, colligit spicã stellã in temporibus quidem suis sex gradibus
 ab autumnali puncto ad præcedentiã remotiorem fuisse: in temporibus vero Thimo-
 charidis octo gradibus proxime: sic enim concludens ait: Spica ergo autumnale pũ-
 ctum octo gradibus prius secundum longitudinem signorum præcedebat: nunc ve-
 ro sex gradibus præcedit: tanto etiã ferme spacio in ceteris erraticis quas contulit ad
 successiõnem signorum motas fuisse ostendit: & nos quæ modo sunt spatia non erratica-
 rum ad solstitialia & æquinoctialia puncta conferentes, ad illa quæ obseruata cõscri-
 ptaq; ab Hipparcho fuerunt: Inuenimus proportionaliter illas ad successiõnem esse
 progressas: rimati autẽ hoc sumus per organum ad obseruationes particulariũ di-
 stantiarũ lunæ à sole nobis præparatum hoc modo. Alterum astrolabij circulum
 ad motũ lunæ in hora obseruationis apparenter habitum constituimus: alterum ad
 stellam quæ perspiciebatur huc & illuc remouentes accõmodauimus. Vt simul & lu-
 na & stella in suo loco pspicerent. Et sic à distantia vsq; ad lunam singularum fulgẽ-
 tium stellarum locos accepimus sic, exempli gratia. Secũdo Antonini anno phar-
 moti. Die nono, sole in Alexandria occidente: & vltima tauri parte in medijs celi an-
 gulo collocata, hoc est post meridiem diei nonæ horis. 5. 30. apparentẽ lunã distitisse
 à sole tribus gradibus piscium: perspecto partibus. 92. 30. & post mediam horam
 post solis iam occasum quartã parte geminorũ in medio celi cõstituta luna, q̄ appa-
 renter in eodem situ perspecta, stellam quẽ in corde leonis est p alterũ astrolabij cir-
 culum perspiciebamus distare ad successiõnem à luna in circulo per medium signorũ
 gradibus. 57. 10. sed sol primum (secundũ verũ eius motum) gradus. 33. proxime ob-
 tinebat, quare luna quoq; (qm̄ apparentẽ. 92. 7. 30. gra. ad sequentiã distabat ab ipso)
 gradus geminorum. 5. proxime obtinebat: quot certe secundum computationes no-
 stras obtinere debebat: in media autem hora. 15. sexagesimis proxime luna fuit pro-
 gressa diuersitatemq; habuit ad præcedentiã præter primum situm. 5. sexagesima-
 rum proxime: quare post mediam horam luna fuit apparenter in gradibus gemino-
 rum. 5. 20. stella igitur etiam quæ est in corde leonis. quoniam. 57. 10. gradi-
 bus apparebat ad sequentiã, ad ipsã distare. 2. 30. gradibus leonis obtinebat: &
 ab æstiuali solstitio. 32. 30. gradibus distabat. Sed in. 50. anno, tertiã secun-
 dum Calippum periodi (vt Hipparchus scribit obseruasse) distabat ab eodem sol-
 stitiali puncto ad successiõnem rursus gra. 29. 50. Mota fuit ergo stella quæ in cor-
 de leonis est ad successiõnem circuli per medium signorum gradibus. 2. 40. cum
 à temporibus obseruationis Hipparchi vsq; ad principium Antonini: in quo maxi-
 me plurimos non erraticarum progressus stellarum nos obseruauimus. 265. Anni
 ferme colliguntur: vt ex istis: vnus gradus ad successiõnem progressus: in. 100. pro-
 xime annis factus fuisse inueniatur, sicut etiam Hipparchus suspicatus fuisse videtur:
 sic enim in tractatu de magnitudine anni scribit: Si enim quit propter hanc cau-
 sam solstitia & æquinoctia ad præcedentiã signorum non minus per annum quã
 centesimã vnus gradus partem mouerentur. In. 300. certe annis non minus quã
 per tres gradus transgressa fuissent: in eodem modo spicam: & splendidissimas zo-
 diaci stellas à luna perspeximus: deinde facilius per has cæterarum quoq; locos sic
 inuenimus. Vt & spatia eadem proxime seruari comperiamus: quæ ab Hipparcho fu-
45	Reliqua sequens ipsam (atur Canopus	50 18	50	au. 72	10	3	(0. 69. 25. Canopus. Ma. 62. 15.

Navis stellæ 45	Primæ	1
	Secundæ	7
	Tertiæ	10
	Quartæ	19
	Quintæ	7
	Sextæ	1

Hydri constellatio

XLI.

Hydrus.

1	Australis duarum præcedentium de quinque quæ sunt in capite & est in naribus	Ω 3	50	au. 15	25	4	
2	Borealis ipsarum & est supra oculum	Ω 3	10	au. 14	5	4	
3	Borealis de duabus sequentibus & est quasi in crura	Ω 5	10	au. 11	55	4	
4	Australis ipsarum & est in oris hiatu (neo	Ω 5	20	au. 14	40	4	
5	Quæ omnes istas sequitur & est quasi in mento	Ω 7	40	au. 12	40	4	
6	Præcedens duarum quæ sunt in radice colli	Ω 12	50	au. 12	15	5	Ω 9. 50
7	Sequens ipsarum	Ω 13	10	au. 14	5	4	
8	Media de tribus quæ deinceps in flexu colli sunt	Ω 18	40	au. 15	40	4	
9	Sequens de tribus	Ω 20	30	au. 15	15	4	
10	Australissima ipsarum	Ω 18	20	au. 17	35	4	
11	Borealis & obscura de duabus contiguas quæ sunt	Ω 19	0	au. 20	10	6	
12	Splendida de duabus contiguas (ab austro	Ω 19	50	au. 20	55	2	Ω 7
13	Præcedens de tribus sequentibus post flexum	Ω 19	50	au. 26	55	4	
14	Media ipsarum	Ω 28	30	au. 26	25	4	
15	Sequens ipsarum	ny 1	0	au. 26	40	4	
16	Borealis de duabus quæ sunt post basim pateræ	ny 7	50	au. 25	5	3	Ma.
17	Australis ipsarum	ny 9	50	au. 23	0	4	ny 24. 10
18	Præcedens de tribus quæ deinceps ad rectam lineam sunt	ny 12	50	au. 22	0	3	
19	Media ipsarum (neam sunt	ny 21	20	au. 26	10	4	
20	Sequens ipsarum	ny 22	10	au. 30	35	4	
21	Præcedens de tribus post istas quæ sunt quasi in	♄ 2	0	au. 31	45	4	
22	Media & australior ipsarum (triangulo	♄ 4	20	au. 33	35	4	
23	Sequens de tribus	♄ 6	0	au. 31	45	3	
24	Quæ post coruum est prope caudam	♄ 19	50	au. 34	5	4	La. 4. 5.
25	Quæ in extremitate caudæ	♄ 3	20	au. 38	5	4	La. 8. 5.

Hydri stellæ 25	Secundæ	1
	Tertiæ	3
	Quartæ	19
	Quintæ	1
	Sextæ	1

Informata

LIBER VIII,

Lōgitudō G M Latitu. Mag. G M

Informatae circa hydrum.							
1	Quæ à meridie capitis	♋ 2	20	au.	32	40	3
2	Sequens eas quæ in collo sunt non multum ab illis distans	♎ 0	50	au.	16	25	3

Pateræ constellatio XLII.		Patera.					
1	Quæ in basi crateræ est communis cum Hydro	♎ 16	10	au.	25	25	4
2	Australis de duabus quæ sunt in medio crateræ	♎ 22	20	au.	19	55	4
3	Borealis ipsarum	♎ 19	50	au.	18	25	4
4	Quæ est in australi arcu oris	♎ 26	50	au.	18	55	4
5	Quæ est in boreali arcu oris	♎ 19	10	au.	14	5	4
6	Quæ est in ansa australi	♎ 29	0	au.	16	25	4
7	Quæ est in ansa boreali	♎ 21	10	au.	12	15	4

Stellæ septem magnitudinis quartæ.		Corui constellatio XLIII.		Corvus			
1	Quæ in rostro communis cum hydro	♏ 5	10	au.	22	5	3
2	Quæ est in collo iuxta caput	♏ 4	10	au.	20	5	3
3	Quæ in pectore	♏ 6	30	au.	18	35	5
4	Quæ in antecedente dextraq; ala	♏ 3	20	au.	15	15	3
5	Præcedens de duabus quæ sunt in ala sequenti	♏ 6	30	au.	12	55	3
6	Sequens ipsarum	♏ 6	50	au.	12	10	4
7	Quæ in extremo pede communis cum hydro	♏ 10	20	au.	18	35	3

Corui stellæ 7
 Tertiæ 5
 Quartæ 1
 Quintæ 1

Centauri constellatio XLIIII.		Centaurus.						
1	Australissima de quatuor quæ sunt in capite	♐ 0	20	au.	22	5	5	Ma.
2	Borealis ipsarum	♏ 29	50	au.	19	15	5	Ma.
3	Antecedens de duabus reliquis & medijs	♏ 29	0	au.	20	55	4	Ma.
4	Sequens ipsarum & reliqua de quatuor	♏ 29	50	au.	20	25	5	Ma.
5	Quæ in sinistro antecedentiq; humero	♏ 6	0	au.	26	5	3	
6	Quæ in humero dextro	♐ 5	30	au.	22	55	3	
7	Quæ in sinistra scapula	♏ 29	0	au.	27	55	4	
8	Borealis de duabus præcedentibus quæ sunt in	♐ 8	0	au.	22	45	4	In clipeo
9	Australior ipsarum (Tyrfo)	♐ 9	0	au.	24	10	4	
10	De reliquis ipsarum quæ est in extremo Tyrfi	♐ 11	50	au.	18	40	4	
11	Reliqua & australior hac	♐ 12	20	au.	21	15	4	
12	Præcedens de tribus quæ sunt in dextro latere	♐ 3	10	au.	28	45	4	Ma.
13	Media ipsarum	♐ 3	50	au.	29	45	4	Ma.
14	Sequens ipsarum	♐ 5	0	au.	28	25	4	Ma.
15	Quæ est in dextro brachio	♐ 6	10	au.	26	55	4	Ma.
16	Quæ in dextro cubito	♐ 12	40	au.	25	40	3	
17	Quæ in extremitate manus dextræ	♐ 17	20	au.	24	25	4	
18	Splendida quæ est in cōiunctione hūani corporis	♐ 7	50	au.	25	55	3	Ma.
19	Sequens de duabus obscuris quæ sunt borealis	♐ 7	30	au.	31	25	5	
20	Præcedens ipsarum (res hac)	♐ 6	40	au.	35	25	5	

Quæ est

ALMAGESTI

	Longitudo		Latitu. Ma.		
	G	M	G	M	
21 Quæ est in principio scapulæ	♄	2 0	au.	35 15	5
22 Antecedens hanc in dorso equi	♄	28 50	au.	38 5	5
23 Sequens de tribus quæ sunt in lumbis	♄	25 40	au.	40 25	3
24 Media ipsarum	♄	24 50	au.	43 25	4
25 Antecedens ipsarum	♄	22 30	au.	44 25	5
26 Præcedens de duabus cõtiguis quæ sunt in crure	♄	12 30	au.	46 35	3
27 Sequens ipsarum (dextro)	♄	23 20	au.	47 18	4
28 Quæ in pectore sub axilla equi	♄	8 10	au.	45 10	4
29 Præcedens de duabus quæ sunt sub ventre	♄	6 10	au.	45 25	2
30 Sequens ipsarum	♄	7 30	au.	44 10	3
31 Quæ est in poplite pedis dextri	♄	29 50	au.	51 35	2
32 Quæ est in talo eiusdem pedis	♄	5 10	au.	52 5	2
33 Quæ sub poplite finistri pedis	♄	36 10	au.	55 35	4
34 Quæ in fura eiusdem pedis	♄	1 0	au.	55 45	2
35 Quæ in extremo anterioris dextri pedis	♄	28 10	au.	41 35	1
36 Quæ in genu finistri pedis	♄	14 0	au.	45 45	2
37 Quæ est extra sub dextro posteriore pede	♄	4 30	au.	49 35	4

	Primæ	1
	Secundæ	5
Centauri stellæ 37	Tertiæ	7
	Quartæ	16
	Quintæ	8

Ferae constellatio.		Fera.		
1 Quæ in extremo posteriore pede apud manũ cõ	♄	17 50	au. 25 15	3
2 Quæ in poplite eiusdem pedis (tauri)	♄	15 40	au. 29 35	3
3 Præcedens de duabus quæ sunt in scapula	♄	20 50	au. 21 40	4
4 Sequens earum	♄	24 0	au. 21 25	4
5 Quæ in medio feræ corpore	♄	20 50	au. 25 35	4
6 Quæ in ventre sub latere	♄	20 0	au. 27 25	5
7 Quæ in crure	♄	20 30	au. 29 25	5
8 Borealis de duabus quæ sunt iuxta vertebrum	♄	24 30	au. 28 55	5
9 Australior ipsarum	♄	23 30	au. 30 35	5
10 Quæ in extremis lumbis	♄	25 30	au. 33 35	5
11 Australis de tribus quæ sunt in extrema cauda	♄	11 50	au. 31 45	5
12 Media ipsarum	♄	14 40	au. 30 55	4
13 Borealis ipsarum	♄	12 50	au. 29 45	4
14 Australior de duabus quæ sunt in collo	♄	28 40	au. 17 25	4
15 Borealis ipsarum	♄	29 10	au. 16 45	4
16 Præcedens de duabus quæ sunt in rictu	♄	25 30	au. 15 45	4
17 Sequens ipsarum	♄	26 30	au. 12 15	4
18 Australior de duabus quæ sunt in anteriore pede	♄	17 0	au. 12 15	4
19 Borealis ipsarum	♄	16 20	au. 10 25	4

	Tertiæ	2
Lupi stellæ 19	Quartæ	11
	Quintæ	6

Turibuli constellatio.

Bore

LIBER VIII,

		Lōgitudo		Latitu.		Mag.
		G	M	G	M	
1	Borealiōr de duabus quæ sunt in basi	→ 17	30	au. 25	5	5
2	Australiōr ipsarum	→ 23	0	au. 26	10	4
3	Quæ est in medio aræ	→ 6	10	au. 25	55	4
4	Borealis de tribus quæ sunt in foco	→ 10	30	au. 33	25	5
5	Australiōr reliquarum contiguarum duarum	→ 15	0	au. 34	35	4
6	Borealiōr ipsarum	→ 14	50	au. 33	45	4
7	Quæ est in extremitate	→ 10	40	au. 34	40	4

Turibuli stellæ 7 Quartæ 5 Quintæ 2

Coronæ australis constellatio XLVII.

1	Antecedens extra australem arcum	→ 29	0	au. 21	25	4
2	Quæ ipsam sequitur & est in corona	→ 1	30	au. 21	25	5
3	Quæ istam sequitur	→ 3	0	au. 23	25	5
4	Sequens adhuc istam	→ 4	30	au. 20	25	4
5	Quæ post istam est ante sagittarij genu	→ 6	0	au. 18	55	5
6	Quæ post istam est borealiōr q̄ fulgens quæ est	→ 6	50	au. 17	35	4
7	Borealiōr hac (in genu	→ 6	10	au. 16	25	4
8	Adhuc borealiōr ista	→ 6	20	au. 15	35	4
9	Sequens de duabus præcedentibus istam in bo-	→ 5	0	au. 15	45	6
10	Præcedens de duabus obscuris (reali arcu	→ 4	30	au. 15	15	6
11	Hanc etiam satis præcedens	→ 1	40	au. 15	5	5
12	Adhuc istam præcedens	→ 29	30	au. 16	10	5
13	Reliqua & australiōr quàm prædicta	→ 29	0	au. 18	55	5

Coronæ australis stellæ 13 Quartæ 5 Quintæ 6 Sextæ 2

Piscis australis constellatio XLVIII. Piscis australis

1	Quæ est in ore & est eadem cū principio aquæ	→ 27	50	au. 23	25	1
2	Præcedens de tribus quæ sunt in australi capitis	→ 25	30	au. 20	45	4
3	Media ipsarum (circunferentia	→ 24	0	au. 22	40	4
4	Sequens de tribus	→ 25	10	au. 22	55	4
5	Quæ est ad branchias	→ 24	10	au. 16	40	4
6	Quæ in dorsali australi q̄ spina	→ 15	0	au. 10	55	5
7	Sequens de duabus quæ sunt in ventre	→ 21	0	au. 15	35	5
8	Antecedens ipsarum	→ 8	40	au. 15	5	4
9	Sequens de tribus quæ sunt in boreali spina	→ 5	0	au. 15	25	4
10	Media ipsarum	→ 11	40	au. 16	55	4
11	Præcedens de tribus	→ 10	50	au. 18	35	4
12	Quæ in extrema cauda	→ 10	0	au. 22	40	4

Piscis austra. stellæ 12 Primæ 1 Quartæ 9 Quintæ 2

Informata quæ circa piscem australem sunt.

1	Præcedens de tribus splendidis antecedentibus	→ 27	50	au. 22	45	3	Mi.
2	Media ipsarum (piscem	→ 1	0	au. 22	35	3	Mi.
3	Sequens de tribus	→ 3	50	au. 21	35	3	Mi.
4	Præcedens hanc & est obscura	→ 1	50	au. 21	15	5	
5	Australiōr de duabus reliquis quæ sunt in septē	→ 3	40	au. 17	25	4	
6	Borealis ipsarum (tricne	→ 3	40	au. 15	15	4	

Stellæ sex quarum tertiz magnitudinis tres, quartæ 2 quintæ vna.

FINIS EXPOSITI- ONIS TABVLARIS CONSTEL- LATIONIS HEMISPHERII AVSTRALIS.

Numerus stellarum in hemispherio australi.

	Primæ	7	Secundæ	18	
Australis partis stellæ 316	Tertiæ	63	Quartæ	164	sunt
	Quintæ	54	Sextæ	9	
	Nebulosa	1			

Summa stellarum omnium tam formatarum quàm informatarum
• quæ sunt in ambobus hemispherijs. M X X I I.

	Primæ	15	Secundæ	45	
Quarum magnitudinis	Tertiæ	28	Quartæ	474	sunt
	Quintæ	217	Sextæ	49	
	Obscuræ	9	Nebulosæ	5	
	Et Cincinnus				

Cincinnus (vt hoc obiter annotetur) & græcæ *πλοκομὸς*, cæsaries & coma virginis, Berenices forrassis crinis, qui à poeta Callimacho inter astra relatus est, eū Barbari vocant Tricam.

De lactei circuli situ.

Caput II.

SED non erraticæ quidem stellarum ordo sic nobis expositus sit: nunc autem consequenter quæ de situ lactei circuli dicuntur quàm maxime possibile sit, & vt singulas obseruauimus partes, conabimur particulares eius apparentias figurare: quod igitur lacteus hic circulus non simpliciter circulus, sed zona quædam est quasi colorem tota retinens lactis. Vnde nomen quoq; sibi attributū est, quodq; zona huiusmodi non æqualis & regulata est: sed latitudine & colore & stellarum frequentia & situ deniq; differens atq; varia: & q; duplex in quibusdā partibus, ipso etiam visu facile perspicitur: particulari quæ uero quibus curiosa obseruatione opus est: sic se habere inuenimus: Duplex igitur zonæ pars alteram quidem habet coniunctam vsq; ad turribulum, alteram uero vsq; ad auem gallinam. Et præcedens quidem zona nequaquam alteri copulatur, defectus enim habet in coniunctionibus tam ad turribulum quàm ad auem: sequens autem reliquæ lactei circuli parti coniuncta est, & vnâ efficit zonam per quam prope qui per mediam ipsam proxime maximus describitur, circulus pertransit, de qua primo verba faciemus, ab australissimis partibus eius incipientes. Quæ igitur per pedes centauri feruntur rariores obscurioresq; sunt, & ea quidem quæ in poplite posterioris dextri pedis est paulo australior est quàm borealis linea lactis: Similiter quæ in genu anteriore sinistro est, & quæ sub posteriore dextro talo. Quæ uero in posteriore sinistro brachio aspicitur, ea in medio lacte collocata est. Sed illa quæ in eodem talo inuenitur, & quæ in anteriore dextro talo utræque distant ab extremitate australi ad septentrionem duabus proxime partibus, quales maximus circulus habet. 360. Sunt autem partes posteriorum pedum mediocriter densiores, deinde borealis quidem extremitas lactis. 1. 30. proxime gra. Ab illa distat, quæ in feræ lumbis est. Australis autem ea quidem intercipit, quæ in concauitate turribuli est. De duabus uero contiguis quæ in ipso igne sunt borealem tangit: & similiter australiorem de duabus quæ sunt in basi. Quæ uero est in boreali ignis parte, & quæ in igne medio collocatur, in ipso lacte utræq; sitæ sunt, & partes rariores magis sunt: deinde borealis pars lactis tres scorpionis spondiles intercipit qui ad spiculum sunt, & succedentem spiculum nebulosam conuersionem. Meridionalis uero extremitas eam quidem tangit quæ in anteriori

LIBER VIII,

riori dextro lato sagittarij: intercipit autem illam quæ in manu sinistra est. Illa vero quæ in australi sagittarij parte locatur, extra lac omnino est. Quæ autem in spiculo sagittæ cernitur, ea in medio lactis est. Quæ autem in boreali parte sagittarij locantur in lacte ipsæ quoque sunt, distatq; vtraq; paulo plus parte vna ab alterutra lactis extremitate. Australis quidem à meridionali: borealis vero in opposito. Sunt autem trium spondilium partes mediocriter densæ: partes autem quæ circa spiculum sunt, crebræ nimium fumosæq; conspiciuntur. Quæ vero deinceps sequitur mediocriter rariores sunt, & ad aquilam vsque tenduntur, eandem ferme seruant latitudinem. Quæ in extremitate serpentis caudæ est, quam stellam ophiuchus habet in puro aere collocatus, paulo plus vno gradu à præcedente lactis extremitate distat. De fulgentibus vero quæ sub ipsa sunt, duæ præcedente in ipso lacte sitæ cõperiuntur: & australior quidem vno gradu à succedente lactis extremitate distat, borealior vero duobus. Et succedens quidem de illis quæ sunt in dextro aquilæ humero eandem extremitatem tangit. Præcedens autem intra intercipit, similiter etiã quæ præcedit splendida de illis quæ in ala sinistra sunt. Quæ vero in occipite fulget, & duæ quæ ad rectam lineam ipsius sunt extremitatem formæ ipsæ quoq; tangunt: paulum enim à ractu eius absunt. Post hæc tota sagitta in lacte intercipitur, & quæ in spicu est, vna parte ab orientali lactis extremitate: quæ vero in glyphide est, duabus partibus ab orientali distat. Sunt autem quæ iuxta aquilam conspiciunt partes mediocriter densiores, reliquæ contra mediocriter rariores. Lac vero deinceps ad auem tendit & extremitas ipsius: a quidem quæ est ad occasum & septentrionem terminatur inflexione, tum à stella quæ in auis australi humero est, & ea quæ sub ipso in eadem ala locatur: tum à duobus quæ in australi pede sitæ sunt. Quæ vero ad ortus & meridiem est, à stella quæ in summitate pectinis australis pedis sita est, terminatur. Intercipitq; duas quæ eadem ala extra formationem sicut duobus prope gradibus ab ipsa distantes, hæc partes iuxta alam sunt, & mediocriter densiores: quæ autem deinceps sunt, huic zonæ coniunguntur, densioresq; valde sunt, & quasi ab alio principio perspiciuntur: inclinantur enim ad extremas alterius zonæ partes. Sed defectum iuxta illam facientes: ex latere quidem in meridiano zonæ, de qua nunc dicimus, coniunguntur, quæ valde rara in ipsa coniunctione est: incipiunt autem densiores esse post defectum, qui iuxta partem alteram est à splendida stella quæ in auis cauda, & ab ea quæ in boreali genu nebulosæ conuersionis collocatur: deinde mediocriter flexæ, vsq; ad australe genu densitatem extendunt. Paulatim in rarius procedentem vsq; ad Cæphei thiam, disseparantq; secundum latus septentrionale: tum australi stella de tribus, tum ea quæ tres istas sequitur, vbi duas etiam eminentias facit: Alteram ad septentrionem & ortum, alteram ad meridiem atq; ortum similiter. Postea tota Cassiopeia (illa excepta quæ in summitate pedis est), à lacte comprehenditur, & extremitas quidem versus meridiem terminatur, ab ea quæ est in capite Cassiopeie. Reliquæ vero quæ iuxta hanc sunt omnes in lacte collocantur. Et partes quidem quæ ad extremitates sunt, rariores sunt lactis, quæ vero in ipsa media Cassiopeia, in longâ crebritatē extendit. Deinceps aut dexteræ Persei partes in lacte comprehenduntur, & rursus latus quidem septentrionale quod rarissimum est, stella quæ extra dexterum genu Persei sola locatur, terminat: meridionale vero quod densissimum est, tum splendida in dextro latere sita, tum duæ sequentes de tribus quæ à meridie ipsius locantur: continetur autem in ipso etiam nebulosa conuersione quæ in capulo est, & stellæ quæ in capite, & quæ in humero dextro, & quæ in dextera vna est. Quadrilatera vero figura quæ in dextro genu, & quæ in eadem sura est, in medio lacte locantur: & stella quæ in dextro calcaneo sita est, ipsa quoque paulo citra meridionale latus locat: post hæc, aurigæ zona tendit fusionem lactis rariorē ostendens, & stella quidem in sinistro humero locata quæ vocat capra, & duæ quæ in dextero brachio sunt, parum abest cum lactis extremitate quæ versus septentrionem ortumq; est, coniungant. Parua vero quæ est supra sinistrum pedem in extremitate, hæc latus quod versus occasum atq; meridiem est, terminat. Quæ vero super dexterum pedem est, medio

A L M A G E S T I.

medio gradu citra illud latus est: contigue vero quæ in sinistro brachio est, quæq; hedi vocantur in media zona sitæ sunt: deinceps etiam lac per pedes geminorum fertur aliquantam crebritatem longamq; sub ostendens, in ipsis stellis quæ sub extremitatibus pedum collocantur: & sequens quidem de tribus quæ sub pede dextro ad rigæ in recta linea sunt. Et sequens de duabus quæ est in Orionis colloboro: & de quatuor in extrema manu ipsius locatis quæ à septentrione sunt, præcedentem lactis extremitatem terminant. Quæ vero in dextera manu aurigæ fulget, & quæ in extremitate sequentis pedis alterius succedentisq; geminorum locatur, citra sequens latus vno proxime gradu est. Reliquæ in extremitatibus pedum locatæ, in medio lacte sunt, huic zona canem & caniculam pertransit, & caniculam quidem ad ortum totam non parum extra lac disseparat, canem vero ad occasum; ipsum quoque totum ferme extra existentem: stella enim quæ in dorso eius est, quasi nebulosa quædam eminentis tangit. Tresq; deinceps sequentes in collo ipsum canis parum deest quin tangat: quæ autem supra caput canis extra atq; remotius sola est citra orientalem extremitatē, duabus partibus & media proxime locatur: & hæc est effusio lactis tota mediocriter rarior. Post hæc per Argo lac fertur, & borealis quidem atq; præcedens de his quæ in puppis clipeolo sunt, extremitatem zonæ occidentalem terminat. Quæ autem in medio clipeolo est, & duæ quæ sub ipsa contiguae sunt, & quæ in principio fororum versus gubernaculum splendida est, & media de tribus quæ in carina est, parum deest quin latus idem attingant. Borealis autem de tribus quæ in radice mali est, absiden siue extremitatem terminat orientalem. Et splendidaq; dem in acrostolio locata, citra idem latus per vnum gradum est. Quæ vero sub clipeolo sequenti splendida in foris locatur, extra idē latus vno similiter gradu est: australis autem de duabus quæ in medio malo fulgent, idem latus attingit. Duæ vero splendide in eadem sectione carinæ locatæ, citra extremitatem præcedentem duobus proxime gradibus sunt: hinc iam zonæ quæ per pedes centauri transit, lac copulatur: est autem & hæc effusio lactis per Argo mediocriter tenuis, magis enim iuxta clipeolum radicemq; mali, & iuxta sectionē carinæ densat, prædicta vero zona defectu facto ad copulatā in turribulo, vt diximus, indeq; incipiēs tres quidē spōdiles à scorpionis corpore intercipit: de tribus autem quæ sunt in corpore eā quæ sequitur extra extremitatem, occidentalem vero vno gradu relinquit. Quæ autem in quarto locatur spondili, in aere puro inter duas zonas reperitur, æqualiter proxime distans ab vtraque pauloq; plus parte vna, deinceps zona præcedens ad ortum seipsam vertit arcui circuli similis, & præcedens quidem lactis latus per stellam quæ in dextro genu Ophiuchi est terminatur, sequens aut per stellam quæ in tibia eiusdem præcedens etiam de illis quæ in extremitate pedis eiusdem sunt, idem latus attingit: & deinceps occidentalem quidem extremitatem stella quæ sub Ophiuchi vna locatur terminat orientalem vero præcedens de duabus in eiusdem manus extremitate locatis. Hinc aer purus defectū occupat lactis, in quo duæ q̄ sunt in cauda serpentis post illam quæ in summitate ipsius est collocantur: pars autem huius zonæ tortuosa & tenuis omnino effusionis & quasi aeræ est, præterquam vbi tres intercipiuntur spōdiles. Hæc enim pars mediocriter condensatur, deinde post defectum aliud rursus principii lac efficit à quatuor stellis quæ dexterum Ophiuchi humerum sequuntur. Extremitatem quidem huius zonæ orientalem, stella fulgens ipsam attingēs sola iuxta caudam aquilæ locata terminat: oppositum vsro remotior prædictarum quatuor quæ ad septentrionem est, hinc iam ipsa zona quamuis & rarior est & in angustū in præcedentibus partibus quæ in rostro auis sunt, contrahitur, ita vt deficere videatur: reliqua tamen eius pars à rostro ad pectus auis, & latior est, & densior satis, & stella quæ in collo ipsius auis locatur, in media crebritate sita est. Pars tamen quædam rara ad septentrionem paululum declinat: & pars earum, quæ à pectore sunt vsq; ad stellam quæ in humero alæ dexteræ locatur, & pars contiguaq; similiter quæ in extremitate pedis dexteri sunt, vnde (vt diximus) purus ad alteram zonam à defectu auis ipsius stellæ defectus fit vsq; ad splendidam, quæ in cauda est.

In acrostolio locata, hoc est in eminentia seu extremitate puppis.



VERM quæ à lacteo circulo apparent huiusmodi situm habet: vt autem etiam sphaeræ solidam effigiem consequenter appositæq; faciamus ad rationes, quæ de sphaera nō erraticarum stellarum expositæ sunt, quibus ipsa quoq; (velut erraticarum orbis) inuēta est, à motu primo ab ortu ad occasum in polis ipsius æquinoctialis circumduci regreditur, tamen etiam in contrarium in zodiaci circuli polis hoc pacto structurā & viam constellationis suæ faciemus.

Colorem huius sphaeræ grossiorem, vt ita dicam, adhibebimus: vt non diei sed noctis aeri magis in quo stellæ cernuntur similis sit. Capiemusq; in ipsa duo puncta q̄ exquisite per diametrum opposita, quibus polis maximum circulum describemus, qui semper in superficie circuli per medium signorum futurus est: & huic ad rectos angulos alterum circulum per polos istius, à cuius sectione altera duarum quæ per primum fiunt incipientes, partiemur circulum qui per medium signorum est in partes. 360. numeros in ipso ascribentes graduum per quotcunq; vtile videbitur. De inde duos quadrilateros superficiebus circulos & exacte vndiq; tornatos, & ex materia solida ducibiliq; factos, minorem quidem à quo sphaera ipsa tangitur per totā superficiem concauam. Paulo autem maiorem per mediam conuexam superficiem signabimus lineas prorahentes, quibus latitudines eorum exacte diuidantur: & per has lineas alia altera, quæ ab istis terminantur ad medietatem circumferentiarum incidentes semicirculos in ipsis incisionibus, in 180. partes diuidemus. His ita factis minorem quidem circulum illum semper futurum supponentes qui per vtriusq; polos est, æquinoctialis dico atq; zodiaci: & præterea per cuncta puncta solstitialia in dictæ incisionis superficie perforamus diametraliter in medio iuxta extremitates incisionis paxillisq; ad captos in sphaera circuli per medium polos ita firmabimus: vt per totam superficiem sphaericam facile possunt circumduci, verum vt permanens quidem initium constellationis fixarum capiamus: non enim commodum est in ipso huius sphaeræ zodiaco solstitialia & æquinoctialia puncta signare, cum stellarum distantia collocandarum non eodem ad ipsas feruentur. Fulgentissimam omnium ipsarū (eam dico quæ in ore canis est) in circulo qui ad rectos in zodiaco angulos describitur signabimus, in parte quæ initium diuisionis fecit, gradusq; ascribemus, quibus secundum latitudinem à circulo per medium distat versus australem polum, deinde in singulis quoque aliarum consequenter per translationem circuli circa polos zodiaci qui per incisionem diuisus est, id ipsum assignabimus. Ad ducentes enim semper superficiem incisi lateris eius ad punctum circuli qui per medium est, quod totidem distat gradibus à principio numerorum in gradu Canis constituto, quot stella quam scribere volumus secundum longitudinem distat à Cane, peruenientesq; ad punctum ducti diuisiq; lateris, quod rursus totidem à circulo qui per medium est gradibus distat, quot etiam stella in hac conscriptione accommodatus vel ad borealem vel ad australem polum zodiaci distat, locum stellæ in ipso assignabimus citrinum deinceps aut distinctum alium colorem commode atq; consequenter ad magnitudines singularum adhibentes, figuras tamen singularum formationum, in singulis sideribus quàm maxime simplices faciemus, solis lineis stellas comprehendentes, quæ in eadem figura sunt, nōq; non multum ab vniuersali sphaeræ colore differentibus. Ne autem vtilitas signationis ipsarum relinquatur, aut colorum magna varietas effigiet, aut varietatum similitudinem destruat: fiet autem nobis & intellectu & memoratu facilis comparatio speculationis fixarum, si asuescimus nudam cogitationem syderum in sphaerica effigie adhibere: inscribentes autem etiam lactei circuli situm locis atque figuris vt prædiximus. Præterea crebritate raritateq; apposita maiorem etiam circulum semperq; pro meridiano futurum, minori (à quo sphaera continetur) accommodabimus: in polis qui idem (cum æquinoctialis ipsius) poli sunt. Hæc enim puncta in maiore quidem atque meridiano, in terminis


rursum

ALMAGESTI

rursum incisi diuisiq; lateris & super terram futuri diametraliter, vt poli, firmanda sunt: in minore vero qui per polos vtriusque est in terminis diametralibus arcuum ab vtroq; zodiaci polo distantium gradus declinationis. 23. 51. in paruis sectionibus circularum immixtis paxillis sub foramina immistorum polorum sunt, maioris igitur circuli latus incisum quod semper idem videlicet fiet cum meridiano qui p solstitialia puncta est ad aliud semp punctum diuisionis zodiaci; constituemus: quod totidem a principio Canis gradibus distat. Quod etiã canis in tempore præposito ab æstiuali solstitio distat, vt in principio regni Antonini ad successionem gradibus. 12. 20. Meridianum autem rectum ad horizonta, qui in basi & adaptabimus o qualiter ab apparente ipsius superficie diuisum ita quod possit in sua superficie circumduci, vt eleuare semper possimus borealem polum ab horizonte per meridiani diuisionem congruentibus proposito climati arcubus, nihil autem minus videbitur quoniam non potuimus in eadem sphaera æquinoctialem & tropicos coaptare. Nam cum meridiani latus diuidatur: Punctum quidem quod inter polos ipsius æquinoctialis est gradibus. 90. vnus quartæ distat ab vtroque eandem habebit vim cum æquinoctialibus, puncta vero quæ ex vtraq; huius parte. 23. 51. gradibus distant, cum vtriusque tropicorum punctis, quod ad septentrionem est æstiu: quod vero ad meridiem brumali tropici puncto, & sic per primum motum ab ortu ad occasum circumductis stellis quas querimus, ad latus meridiani diuisimus: per eandem rursus diuisionem distantia ipsarum ad æquinoctialem aut ad tropicos sicut in polis ipsius æquinoctialis haberi possunt.

Finis constellationum Ptolomæi.

QVAE duobus proxime libris Ptolomæus complexus est huc spectant, vt studiosi totius cæli stellari imaginem depingant, in qua veluti in speculo vniuersa phaenomena, id est cælestia signa, quæ quidem patent oculis: quàm euidentissime nec non sine magna animi voluptate cõtemplentur. Id aut fiet si ad præscriptũ Ptolomæi interualla stellaz per longitudinẽ ac latitudinem globo superius induxerimus: ad quã rem primum necessarius est globus, paulo maior vulgari magnitudine. Nam nimis parua non satis euidenter ostendunt signa, quæ impendio magna sunt, studiosos frequenter sedes mutantes impediunt onere. Habeat igitur eius diameter longitudinem spithamæ, id est pedis minus dodrante, tam exacte quàm fieri potest rotundus: cuius fabriæ & materiæ confectio & si tota ad opifices magis pertineat quàm ad literarum studiosos: nõ tñ p̄cinituit aut Theonem in Mechanicis, aut Theodosium in Sphæricis, ostẽdere rationem conficiendi exactam rotunditatem, quã breuissime Theodosius ait fieri ex transitu semicirculi: neq; eñ aliter an plane sit rotunda nec ne sphaera, aĩaduerti potest, nisi ei semicirculus accommodatur, cuius diameter æqualis erit axi per globum transmissio. Sphaera ita super axe quiescẽte atq; circumactõ semicirculo (quẽ circa foramina bina globi duabus confibulationibnas coniungi oportet) statim euidens fit globatã ne habeat materia superficiem: veluti hoc schemate deprehenditur. Materiam aut primũ in



choare (neq; eñ illud me ostẽdere pigebit, qd̄ studentes his rebus inuentionis difficultate & opis molestia ab hac opera deterret) oportet sup globũ aliũ lato culmo minorẽ eo q̄ cõponẽdus ex chartis integris alia sup alia circa globũ vndiq; cõiũctis, farina molliter macerata, ita tñ, ne charta infima humoris tenacitate globo circa quẽ nouus paraf, adhærescat. Vt aut papirus primũ globo citra sinũ inducat, accipiũt huius operis magistri. 12. chartas ad formã radij textoriĩ sectas, iuxta globi magnitudinẽ, q̄ iuxta inuentionẽ Alberti Dureri pictoris in ope eo qd̄ Parisiẽsis Latinitate donarũt, & p̄scriptũ Hærici Glareani poetæ in libello de ru-

dimetis geographiæ, globũ vndiq; cõcludit. His globo sic inductis sine bitumine

E iij alliniuntur, de-

LIBER VIII.

tur, deinde alix atque alix donec tam firma sint latera, vt ducto per mediam sphæram ferro, detrahi queat, quæ duo hemisphæria deinde iterum qua scisa sunt, tenaciter bitumine consolidentur: inducunt huic alij prius chartas contusas tantum vt firmior sit, deinde cretâ tritam cum cerussa, alij statim sine his cretam, & postremo cerussam alumine mistam, ne atramentum diffluat. Sed satis puto me studiosis ostēdis se rationem mechanicam, componendi per ociū rudes atq; indescriptas sphæras. Porro depingendi ratio sphæram quæ barbarica dicitur, sic habet. Geographicam in alio quodam opusculo indicauimus. Circini altero pede immobili posito in vtrolibet polorum, sunt enim poli foramina per quæ axis traiectus est, ducere oportet circulum per medium globum, qui ab vtroq; polo æqui distat, eritq; æquator: per hunc seruato circini modo, trans contraducendus est alius circulus, qui superiorem bipartito diuidat ad angulos rectos sphæricos, circini pede posito vbilibet in priorē circulo, altero autem extenso in vnum polorum, cuius circumductiōne perficitur hic circulus, estq; meridianus siue colurus tropicus: deinde quadrante eius à medio globi vsq; ad alterutrum polorum diuiso in nonaginta partes (quod faciunt primū distinguendo in ternâ spatia, deinde vnumquodque rursus in tria, postremo vnamquamq; per denas partes) atq; fige circini pedē in tricesima & amplius propemodū vna parte à polo, & circulum duc æqualem duobus statim descriptis, qui erit circulus per medium signiferum, quam vocant lineam eclipticam. Hanc distinguere statim oportet per duodecim æqualia spatia, atq; vnumquodq; ex duodenis in triginta partes, quibus duodecim signa zodiaci hoc ordine & his nominibus inscribunt: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces, seu his characteribus ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ ➔ ♜ ➔ ♝. Deinde per initia & fines duodecim signorum ducendi sunt circuli, circini posito pede immobili super circulum qui est per medium signorum, eruntq; hi circuli sex qui efficiēt duodecim sectiones in polo signiferi punctim cōcurrentes, quæ admodum patet in figura in prima parte libri posita. His sic descriptis aptandus gnomon sphæricus, id est circuli e solida materia facti quadrans, eadem magnitudine & similitur per nonaginta partes diuisus atq; superior ille, cuius quadrantis ea pars, vbi numerus xc. finitur, in polo duodecim signorum ita figendus est, vt pars inferior gnomonis super circulum duodecim signorum apte circumducipossit: quibus omnibus confectis idoneus est globus ad describendam sphæram barbaricam. Stellas autem inscribendi vna est atque generalis ratio & facilis quidem, cognita earum longitudine latitudineq; de qua diximus in principio libelli. Age igitur vt ab Septentrione (vt omnes) initium sumamus, quære in indice Ptolomei, primam stellam Arietis quæ est in dextro cornu, longitudinem inuenies adscriptam partium 26. & minutorum primorum 30. in ♈. latitudinem autem gra. 6. Mi. 55. versus septentrionem. Quære deinde in globo vbi signum sit ♈. atq; in eo partes 26. & minuta prima 30. quibus inuentis, gnomonis extremitatem pone in contactu eius loci, similiter quære in gnomone latitudinem videlicet 6. 55. qua inuenta signa locum in globo puncto, quem pars latitudinis in gnomone videlicet premit. Hoc pacto omnibus stellis Arietis collocatis, tota illa planities linea tenui concludenda est, atque induenda effigies Arietis ductibus exilibus vt stellarum notæ magis sint insignes.

ALMAGESTI

Ptolomæus passim in his expositionibus, mensibus patrijs vtitur, id est Alexandrinorum, qui idem sunt Aegyptiorum, quorum est alia ratio atq; Romanorū: & ipsa nomina peregrina sunt, quibus non intellectis, lector Ptolomæi computationem difficile assequetur. Operæpretium igitur existimaui me facturum si indicem Alexandrinorum atq; Romanorum mensium subiiciam.

TABVLA MENSIVM.

Romanorum	Atheniensium	Alexandrinorū	Romanorum
		D D D	C ☉
Ianuarus	Gamelion	1 Thoth 30 1 29	Augustus 15 ♄
Februarius	Elaphæbolion	2 Phaophi 60 1 28	Septeber 15 ♃
Martius	Munichion	3 Athir 90 1 28	October 15 ♁
Aprilis	Targelion	4 Chiach 120 1 27	Nouēber 15 ♃
Maius	Scirophorion	5 Tybi 150 1 27	Decēber 15 ♃
Iunius	Hecatombæon	6 Mechir 180 1 26	Ianuarus 16 ♃
Iulius	Meragitnion	7 Phamenoth 210 1 25	Februari ⁹ 16 X
Augustus	Boedromion	8 Pharmuti 240 1 27	Martius 16 ♃
September	Memaeterion	9 Pachon 270 1 26	Aprilis 15 ♃
October	Pianepсион	10 Pauni 300 1 26	Maius 14 II
November	Anthesterion	11 Epiphi 305 1 25	Iunius 12 ♃
December	Possideon	12 Mefori 365 1 25	Iulius 12 ♃

Sic legito. Thoth primus mensis finitur die tricesimo ab initio anni (quisq; enim cōstat xxx. diebus excepto vltimo) cuius primus dies est vndetricesima Augusti, quo tempore & nostra ætate sol est in decimaquinta parte virginis & ita deinceps. Annos autem Aegyptij auspicantur ab autumnno

A B M A G E T T I

Die obigen Zahlen in die alphabetischen Buchstaben gesetzt, wie folgt:
 1. A 2. B 3. C 4. D 5. E 6. F 7. G 8. H 9. I 10. K 11. L 12. M 13. N 14. O 15. P 16. Q 17. R 18. S 19. T 20. U 21. V 22. X 23. Y 24. Z
 Die obigen Zahlen in die alphabetischen Buchstaben gesetzt, wie folgt:
 1. A 2. B 3. C 4. D 5. E 6. F 7. G 8. H 9. I 10. K 11. L 12. M 13. N 14. O 15. P 16. Q 17. R 18. S 19. T 20. U 21. V 22. X 23. Y 24. Z

T A B U L A M E N S I V A

Romanorum	Alexandrinorum	Abbasorum	Romanorum
10	1	1	1
20	2	2	2
30	3	3	3
40	4	4	4
50	5	5	5
60	6	6	6
70	7	7	7
80	8	8	8
90	9	9	9
100	10	10	10
110	11	11	11
120	12	12	12
130	13	13	13
140	14	14	14
150	15	15	15
160	16	16	16
170	17	17	17
180	18	18	18
190	19	19	19
200	20	20	20




Herculem Musagetem inuenerunt
q. Musarum ductore. studia n. mdi
gent puero mo magnatum.

Faint handwritten text at the top of the page, possibly including the word 'Luentus' and other illegible characters.

Luentus in singul: mascul:

dat: 4 in plur: & neut:

dat: 2



Moenia ^{moenium}
~~moenioru~~
moenibus.

Hoc Vas uasus in singulari
tertia in plur. secunda est
declinationis etc.

A FLO in fite dixerit
ueteris linguae modo. Cato
de praeda multa diu dedit
Tu diues fite. Cras. lb.
Xvi. Phalar. Socij mae
fite ueri. Quis odyssea.
fit quq. fitum est.

fremu in singulari uentum
in pluribus. ~~uenerunt~~
masculinum dicitur in fo
nos. ~~uenerunt~~

